

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Philosophia h

An fortassis negare licebit istud
Christianis, cum noster Hugo in suo
Didascalicon ausus fuerit exclamare:
“O felicia antiquorum tempora,
in quibus ipsi imperatores mundum
regentes se ipsos philosophie
dederunt,
ut patuit de Alexandro Macedone, de
Iulio Cesare, de Ptolomeo rege!

Cuiuslibet enim regni gloria crevit in
immensum quamdiu artium
liberalium studia in ipso floruerunt.

Victoria enim militie et gloria et
philosophia quasi simul
concurrerunt, et merito, quia
philosophia vera docet iuste et recte
regnare.
Per me enim reges regnant,
ait Sapientia,
Proverbiorum octavo.”
Hec venerabilis Hugo.

Lucula noctis 1 (E. Hunt ed., p.7, ll.31-
42)

O felicia antiquorum tempora
in quibus ipsi imperatores mundum
regentes se ipsos philosophie
dederunt
ut patuit de Alexandro Macedone, de
Iulio Cesare, de Tholomeo rege.

Cuiuslibet enim regni gloria crevit in
immensum quamdiu arcium
liberalium studia in ipso floruerunt.

Victoria enim milicie et gloria et
philosophia quasi simul
concurrerunt. Et merito quia
philosophia uera docet iuste et recte
regnare.
Per me enim reges regnant,
ait Sapiencia.
Ibidem (Hugo in didascalicon libro
III.) et scribit Alexander de naturis
rerum.

Manipulus flororum, Philosophia h.

Et de hoc Alexander Necham lib. 2.
de naturis rerum, vbi ait.
O foelicia antiquorum tempora,
in quibus ipsi Imperatores, mundum
subhastantes, se ipsos philosophiae
dederunt,
vt dictum est alias de Alexandro, de
Iulio Caesare, de Ptolomaeo rege
Aegypti, qui fuerunt studiosi
sapientiae. Ibidem.

Cuiuslibet regni gloria crevit in
immensum, quamdiu artium
ingenuarum in ipso floruerunt studia,
vt patuit de Graecia, quando Athenis
studia floruerunt, de Roma,
de regno Francorum,
ex quo floruerunt in illo studia.
Victoriae, militiae, et studia
philosophiae quasi simul
concurrerunt, et hoc merito, quia
philosophia vias docet recte et iuste
regnandi:
Per me, enim reges regnant
ait Sapientia
Prouerb. 8. [:15] et de hoc supra par. 1.

Iohannes Gallensis, *Compendiloquium*,
10.1.1 (Roma, 1655, pp.409-10).

Sed
o felicia antiquorum tempora,
in quibus et ipsi imperatores mundum
subhastantes, se ipsos philosophiae
subdiderunt.

Alexander Neckam, *De naturis rerum*,
2.174 (T. Wright ed., p.309).

Cujuslibet regni gloria crevit in
immensum quamdiu artium
ingenuarum in ipso floruerunt studia.

Alexander Neckam, *De naturis rerum*,
2.174 (T. Wright ed., p.308).

Per me reges regnant
et legum conditores iusta decernunt
(Prou. 8:15).